

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Martirium m
cum uariis

Fortissimus Abraham, sed beatus Laurencius fortior fortissimo. Audiamus qualiter Abraham sua dimisit; Laurencius sua dispersit, dedit pauperibus. Abraham filium suum Deo obtulit, Laurencius se ipsum pro Filio Dei. Hic ignem parat, colligat filium, gladium euaginat, sed angelum audit prohibentem ne perficiat; ille ad ignem positus Christum predicit, carnifices uero urgentes carbones ministrando uerbis non exasperat, efficitur holocaustum Domino, id est totum incensum: intus igne caritatis, exterius uero flamma tribulationis. Hic quia obediens efficitur, filium recipit in columnen; ille quia perseverat in tormentis, adeo Filio recipitur ad salutem.

Hugo de claustro anime libro I.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

dimisit] et *add.* P V¹ V² L¹ L²; dispersit] et *add.* P V¹ V² L¹ L²; adeo] a dei P V¹ V² L¹ L²; libro I. *om.* P V¹ V² L¹ L²